



Societas Iesv Amatrix, Cultrix, Imitatrix, Christi Crvcifixi

Sandaeus, Maximilianus

Antverpiae, 1647

109. Spectacula cruenta ac periculosa, Passionis Dominicæ Insignibus, & flagellantum cruore impedit. Patres Gandienses.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55449](#)

186 SOCIETAS IESV

ticem, longum ab cervice funem trahentes pendulum, ac duo etiam nudi terga, flagellis armati, cæteri CRVCEM Calvariamque alterni manu gestantes obière urbis celeberrimas vias, dantes se in bacchantium turbas: subinde clamores horrificos, de morte, de supremo Iudicio, de Tartari pœnis æternis, & similibus horum concionabundi ejaculantes, inter duorum se diverberantium crepitum, cruentumque, haud sanè pœnitendo exæstuantis licentiæ temperamento.

Gemina in aliis Europæ partibus præstiterunt Socii. Et imitati sunt Patres suos frequenter boni filii Sodales Mariani, de quibus suo loco.

*Nicolaus Orlandus Hister. Societ. I. p. par. 1.
lib. 12. num. 52. Imago primi Seculi Societ. lib. 2.
cap. 9. par. 375.*

IX.

AMATOR CRVCIFIXI

Spectacula cruentà ac periculosa, Passionis Dominicæ insignibus & flagellantium cruento impedit.

ANNO M. D.LII. Gandiæ in Hispaniâ, cum Taurica, & alia quædam (quæ Arundinum vocant) spectacula danda essent, sub sancti Jacobi Majoris solemnia, in quibus cuncta civitas Jobelæi se expiatione renovarat, octo sociorum

108.
PATRES
GANDIEN-
SIS.

ciotum è numero, quorum pars dimidi sacerdotes, convénere inter se, ut rem periculi plenam, & quam sàpè hominum interitus, & sauciatio comitatur, everterent; neque ita subito, recens animarum nitor theatrali macularetur licentia. Ergò sic instructi ornati-
qué è Collegio prodierunt.

Procedebant numero quatuor, quo-
rum Princeps fune de cervice suspenso,
ingens manu Signum CRUCIFIXI Do-
mini præferebat, postremus, reste item
ad collum alligatâ, defuncti hominis
cranium ad terrorem ostendebat; inter-
medii verò duo nuda sua terga flagellis
perpetuo verbere laniabant. Opportu-
nè in caveam pervenerunt primo agita-
to, jamque incluso tauro. Ad novum
spectaculum oculi repente omniū cum
stupore quodam conversi.

Sacra CRUCIFIXI Domini effigies,
mortis imago, sese lacerantium fragor,
& fœdatâ cruore terga commovebant;
cùm unus è quatuor in quosdam gra-
dus evadens, addere clamores terrifi-
cos cœpit, ut jam totum theatrum mi-
sericordiam inclamaret. Ita perculso
populo ex aliâ parte propè sedilia Ducis
& conjugis, eodem ornatu ac terrore
alii quatuor apparent, paribusq; etiam
verborum facibus Spectatorem incen-
dunt. Inde tantus excitatus est in po-
pulo

pulo fletus, tantus animi dolor, ut ploribus & vociferationibus omnia Dei clementiam implorantibus personarent. Ergo aversa à spectaculis multitudine, quamquam sumptus non modico apparati missi sunt ludi, & sanus domum suam quisque revertit, ut si de templo non de theatro discederet. Pars tamen maxima redeuntes domum Patres certatim prosequuta, eo motu, ut non pauci, quos nec temporum calamitas, nec Jobelai indulgentia flexerat, exemplo illo dejecti ad Confessariorum pedes acciderint.

Nicol. Oland. hist. Societ. l. 22. num. 33.

X.

AMATOR CRVCIFIXI

In electionibus ad officia, aut dignitates postulat à Sanctissimâ Trinitate per Quinque Vulnera CHRISTI, ut Electores septem Spiritus sancti donis illustrentur, ac dirigantur.

110.
PATRES
Primi So-
cietatis

ID animadverto factum in Societate JESV primis statim temporibus. Si quidem ad Supremos translato IGNATIO Fundatore, cùm indicta esset Congregatio Generalis ad novi Præpositi creationem promulgatæ sunt preces per universam Societatem pro bono Comitiorum.